

IACOBI CVIACII,
IVRECONSULTI PRAE-
CLARISSIMI, OPERVM
POSTVMORVM

Papinianus

HOC EST,
IN OMNIA ÆMILII PAPINIANI
IVRECONSULTORVM CORYPHÆI

opera, recitationes accuratissimæ a multis
multum expetitæ,

Sunt autem in { *Quæstionum libros xxxvii.*
Responsorum libros xix.
Definitionum libros ii.
De adulteriis libros ii.
Atque quorundam librum singularem.

OMNIA EX MANUSCRIPTIS CODICIBVS, QVA
potuit optima fide & diligentia, ex recensione magni nominis
I. C. nunc primum in lucem edita.

Cum indice gemino, legum scilicet explicatarum, rerum & verborum, quæ potissimum
in his Commentariis continentur.

Cum gratia & privilegio Cesar. Majest. ad hæc.



FRANCOFVRTI,

Ex Officina Palæontiana, sumptibus Petri Fischeri.



IA CO BI C VI AC II

I V R E C O N S V L T I

P R Æ C L A R I S S I M I,

C O M M E N T A R I A A C C V R A T I S S I M A

in libros *Quæstionum summi inter veteres*

ICTI Æmylii Papiniani.

Opus postumum.



P O S T Africanum, si, A quod instruo, dederit Deus, ut possim explicare Papinian. eadem arte diligentiaq; dederit, quod nulli antea vnquam dederit, mihi finiendorum laborum tempus missionemque maturam. neque vero possum rem tantam præstare sine diuino numine; id inuocandum nobis initio, inuocandum quotidie, dum procedit opus. Petita igitur & hodie venia & quotquot sequentibus diebus, te precamur Deus opt. maxime per **I E S V M C H R I S T V M**, ut in hoc labore nec non in cæteris actionibus omnib. nobis adstas, mi Deus, & propitius regas nos tuo sancto Spiritu, ut & viui placeamus, quibus prodesse volumus, secundum eius voluntatem, & mortui, si optare fas est, iisdem non inu-
B tiles simus. Id ita Deus faxit.

Æmylius Papinianus, qui & Papianus dicitur cōtractiori nomine maxime a Græcis, ut *Non. l. § 118.* præceptor fuit Africani, si Lampridio credimus: a discipulo igitur ascēdimus ad præceptorem, cui etiam eodem auctore discipuli fuisse Vlpianus,

A Paulus, Pomponius, Alphenus, Florentinus, Martianus, Callistratus, Hermogenianus, Venuleius, Triphoninus, Mærianus, Celsus, Proculus, Modestinus. Verum cōstat longe ante Papinianum & Alphenum fuisse & Celsum & Proculum, ut non poterint Papiniani esse discipuli. Non estigitur per omnia Lampridio credendum; sane nec quod de Africano. nā Iuliani potius discipulus fuit, ut notat *Accurs. in l. 16. de pecul. leg. § l. 31. de fideiussor.* Iulianum autem Papiniano esse antiquiorem nemo ambigit. Dubito etiam, an verum sit, quod Lampridius in Papiniani discipulorum numero Modestinum ponit. nam Modestinus ipse Cerbidium, Scætolam, & Domitium Vlpianum, & Iulium Paulum laudat quasi coryphæos iuris peritorum, *l. 13. §. ar. lund etiam. vers. sed et si. de excusat. tutor.* & ipse Vlpianus eum sibi vindicat, & studiosum suum vocat, *l. si quis uxori. de furt. h. e. no. Justo. ut Basilica interpretantur*, quasi dicas discipulum, quod alii de nullo audent asserere. & vero nimia licentia est, ac studiosi appellatio est sane modestior, quam discipuli. Porro eiusdem Scæuolæ discipulū Papinianum fuisse Ælius Spartianus scribit. Paulus etiam & Triphoninus Scæuolæ